



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

IV. De promotione habentium parochiales ecclesias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

tem, & saepe ab ecclesiarum prælatis, iurisdictionem habentibus, clericis nostris prouinciamoneantur, ne in præmissis excedant, eorum tamen parvientes monitionem, non videntur de excommunicatione curare. Volentes prædictos spirituallia vincula contemnentes temporali poena ab his compesci, propter quæ non modice derogatur ecclesiastica honestati, statuimus ut, si quis de cetero post publicationem huius Concilii inuentus fuerit publice arma portare, absque iusta & manifesta causa, ac licentia sui diocesis, pro quolibet armorum, a suo prælato iurisdictionem habente, condemnetur in solidos quadraginta, ad minus: nec prælati ipsorum, ex quo sine causa & licentia sui prælati fuerint reperti culpabiles, possint omittere quin condemnent, & exigant, prout culpa ipsorum requiret: cum hoc statuimus in fauorem ecclesiasticae honestatis. Qui autem compertus fuerit habitum, coronam, vel tonsuram incongruentem portare notabiliter, pro vice qualibet in quinquaginta solidos condemnetur.

RVBRICA IV.

Etsi ad regimen parochialium ecclesiarum assumpti, ante generale Concilium Lugdunense, quod incipit, Licet Canon, ex quo præfixo a Canonibus tempore se non fecerint in presbyteros ordinari, de iure a ministerio siue ab officio eis commisso remoueri possint & debeant, & aliis eorum ecclesiæ concedi: quia tamen in executione memorati iuris se multi exhibent negligentes, nos

Concilium
Lugdunense
II. capitulo
13. supra
pag. 564.

ANNO CHRISTI 1286. ipsorum negligentiam hoc salubri Concilio supplere volentes , statuimus ut infra proximum festum resurrectionis dominicæ se faciant in presbyteros ordinari. Quod si infra tempus præfatum , se in presbyteros promoueri non fecerint , nulla alia monitione præmissa , omni iure , quod in ipsis ecclesiis habebant , decernimus fore priuatos : licet generale Concilium Lugdunense assumptos post ipsum Concilium , ad regimen ecclesiarum parochialium , nulla etiam præmissa monitione , decernat esse priuatos ipsis ecclesiis , nisi se fecerint a sibi commissi regiminis tempore in presbyteros ordinari ; sunt tamen quidam qui mentem dicti Concilii circumueniunt , facientes se in fine anni , postquam priuati fuerint , eligi iterato. Contra dolosos tales prouidere volentes , statuimus ut siue per dolum , siue per negligentiam steterint , seu alio fraudulentio modo quocumque , quod promoti non fuerint , infra annum , ipso facto quoad rectorias ipsarum ecclesiarum , vel ad quas se neglexerint facere promoueri , quantum ad electiones , quæ in ipsis ecclesiis primo occurrerint facienda , inhibere indicamus.

RUBRICA V.

Dignum est ut quos ad vitæ decora domesticae laudis exempla non reuocant , saltem correctionis medicina compescat. Sane relatu comperimus plurimorum in nonnullis ecclesiis nostræ prouinciae consuetudine obseruari , & in aliquibus aliis constitutione firmatum , ut præter redditus benefi-

Concil. Tom. 28.

LIII ij